

specimina. Locum Act. XV. 10. sicut & Epistolam ad Galatas, non de morali, sed tantum de ceremoniali lege agere, contra diserta textus verba: ὅτι δὲ περιτέμνει αὐτοὺς, ὡς ἀγγέλλειν τὸ τηρεῖν τὸν νόμον Μωυσέως, & contra universalem consensum omnium singulorumque nostræ partis Theologorum, Wurtembergicorum inprimis, veterum recentiorumque, propugnat. Conciliis Oecumenicis fidem haberi non posse, nisi prius probaverint, spirituales & regenitos esse, qui in iisdem de controversiis judicaverint, eodem loco affirmat. Die Colloquanten müssen erst ihr creditiv zeigen / daß sie geistlich und geistliche Sachen richten können. Sed ita nec credi poterit universis Novi T. glossis, nisi auctorem spiritua-lem, i. e. vere regnitum piūque fuisse constiterit. Quod quomodo in tantā mundi hypocrisi & simulatione immotè comprobari possit, illius ipsius iudicio committo, qui in ultimo corollario scripserat, *spirituales suā opinione, qui alios libenter iudicant, contemnunt, tanquam carnales ubique traducunt, eos se profiteri, se esse hypocritas, impostores, CARNALIBUS CARNALIORES.* Cæterum de loco 1. Cor. II. 14. 15. rectè incomparabilis Schomerus noster, & quidem ante mota Pietistica certamina, scripsit: *Ψυχικός ὀπποῖνιτὺρ πνευμαλικός, ἔ signifiçat hominem, qualiter ab animā naturaliter perficitur ἔ à naturali ingenii bonitate. Πνευμαλικός est, qui Spiritu S. per verbum docente, instinctus est; ac uti duplici gaudet COGNOSCENDI principio, supernaturali, verbo nempe revelato, & naturali, omnia etiam tam naturalia quam super-naturalia, discernere ἔ de iis iudicare potest artibus, quibus οἱ Ψυχικοί excellunt; at illi solo naturali principio sciendi gaudentes, non possunt iudicium*  
(ob